n.° 16.

observatio chirurgica

de l'humerus
~~fracture et~~ luxation du femur
fracture du tibia

dominus lacaille parisinus sexaginta novem annis natus
regis venator die sancti romani vigesimo 3° octobris
anno domini millesimo 7° 3° 8°. equum conscendens
anglicum qui intractatus et atergo in pedes erectus equitem
ad terram adrepere coegit, at deficientibus equi viribus
in equitem cecidit eumque humi profusus humero recto
cavitate scoptuli operte prolapso, luxatis que pariter
femoris recti capitibus ob articulatione tibiæ,
dilaceratis que transversis ligaminibus suas cruris recti ossa
oblique in parte mediâ confregit; statim ad novum
nosocomium locum sanitatis dictum fuit translatus
dominus lecat in arte chirurgicâ phisicâ que celeberrimus
immo in omni scientiarum genere versatissimus primo
humerum luxatum ad suos usus reducere voluit per
horam identidem cum manulibus tornis que vulgo
usitatis incassum omni ope atque opera enitimur
nervos que nostros contendimus, duodecim chirurgi
adjuvantes validorum musculorum conatum nunquam
devincere potuerunt ad usum catedræ hyppocratis
devenire fuimus coacti usus fere impossibilis propter
femur luxatum a crura completam duplicatam que
ejusdem cruris fracturam, sectis machina nostra
in quo brachium ægri cum lemniscis erat extensum
nor citius semi pede fuit demissus quam fragor

obscurus ad nostras persentus aures caput humeri in suo loco reductum nobis annunciaverit cum penicillis aquâ vitæ expressis fasciis que huic morbo consuetis tractatus fuit, deinde ad crura a fæmore luxatum descendimus humero prolapso multo asperius propter difficultatem nostras apponendi tænias, et propter dolores ab extensionibus validis in crus fractum et summopere tunc factum productos, os tibiæ dictum femur infra demissum transmittebat, tandem post tres aut quatuor repetitas extensiones genu ~~que~~ flexo partes luxatæ ad suum locum reductæ fuerunt ~~tum~~ tanta erat cruris fracti tunc factio usui magno in crus valde tunc factum fuit cataplasma aromaticum cum aquâ vitæ, æger istas operationes generoso ac forti animo sustinuit, levissima quidem febri laborans, horâ post ad effusionem sanguinis apperta fuit vena, totâ nocte quievit vigesimo 4o mensis, 2o morbi quietâ mente consistens nullos in crure sentiebat dolores apparatus cum vino igne vaporato fuit conspersus, iterum emissus fuit sanguis, sursecto apparatu crus circa fracturam vesiculis materiâ subrufâ plenis instructum erat totum crus ab infimâ parte usque ad genu pervadebat tumor, eadem fuit tractandi methodus, precedente die paululum ardentior erat febris nec horâ quidem per integram dormivit noctem, 3o apparatu erecto minor erat cruris inflatio rursus apperta fuit vena, die jovis mane vigesimo 6o ejusdem mensis febris doloresque decrescebant nihilominus antecedente die major erat fæmoris tumor

sero cruris femorisque detumuerunt, multa vesiculæ simul unitæ circa partem mediam et inferiorem faciei interioris tibiæ crustas in hoc loco latiores formaverant propter compressionem quam ista pars sub cruris pondere sustinebat; vigesimo octavo plurimum diminuerat femoris et cruris inflatio paucissima erat in pulsu emotio, vigesimo 9o dimidiâ noctis parte quievit et omnia in meliore statu esse videbantur. 10 novembris prolapsæ erant crustæ et e roseo vulnere parva puris quantitas erumpebat 20 mensis per totam noctem magna torpedine fuit affectus pulcherrima suppuratio, ferèque omnino discussus erat tumor, 30 vulnera vesicularum prorsus conglutinabantur, pro cataplasmate aromatico adhibita fuit florum verbasci albi decoctura, et vulnus tendens ad cicatricem cum cerato curavi, 5o nullatenus totâ nocte quievit, et sinistrum crus maximis confectum fuit doloribus, duobus abhinc diebus adstricto ventre clyster admissus. duodecimo vulnera omnino sanabantur, et callus parum habebat soliditatis. quindecimo diætâ per istud tempus constanter observatâ et ab omnibus tutus abcessibus qui in istam partem potuissent intervenire tunc dulcibus alimentis usus fuit, crus per totam curationem in eodem situ remansit, mantilia fasciæque aptatæ non appositæ fuerunt, vel quia per istam methodum quid qui d quotidie novi eveniebat videbamus, e cubili in aliud fuit translatus, et ipse suum crus sustinebat

a nosocomio fuit egressus 5° januarii

addendum est huic observationi ægrum semper conservasse animi tranquillitatem quæ producendo dulcem spirituum circulationem, nullam que in cursu fluidi nervosum perturbationem afferendo balsamum adeo vitæ necessarium in suo sanguine apposuit sanationi que perfectæ plurimum contulit

finis

a josepho laurentio daurignac artium magistro, et chirurgo interno nosocomii sothomagensis